

Johann Peter Schmidt

**Programma, Qvo Academiæ Rostochiensis Rector Johann. Petr. Schmidt, Vtr.  
Jvr. Doct. ... Ad Gloriosæ Festivitatis Paschalis, Resvrgenti Christo Trivmphatori  
Dedicatæ Piam Celebrationem O. O. Cives Academicos Ea, Qva Par Est,  
Hvmanitate Excitat Atqve Hortatvr**

Rostochii: Typis Joh. Jacobi Adleri, 1718

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862554454>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

17 18. Oskern.

~~A-1256~~ 184.

1718.

PROGRAMMA,  
QVO  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
RECTOR  
**JOHANN. PETR. Schmidt,**  
B. TR. JVR. DOCT. ET COD. PROF.  
PVBL. ORD.  
AD  
GLORIOSÆ FESTIVITATIS  
PASCHALIS,  
RESVRGENTI CHRI-  
STO TRIVMPHA TORI  
DEDICATÆ  
PIAM CELEBRATIONEM  
O. O. CIVES ACADEMICOS  
EA, QVA PAR EST, HUMANITATE  
EXCITAT ATQVE  
HORTATVR.

---

ROSTOCHII,  
Typis JOH. JACOBI ADLERİ, SERENISS. PRINCIPIS  
& ACAD. Typographi.

M - 1256 104



**R**evixit, surrexit, quem vita funatum, quem sepulcro illatum nudius tertius incepti conspeximus, Cives O. O. honoratissimi, hodie triumphum ex morte deleta, satana devicto, orco destructo, ex omnibus omnino hostibus, suis pariter ac nostris deportans salutis humanæ inventor & perfector sapientissimus, locupletissimus. Festum igitur hocce, quod hodie celebramus, uti omnia alia, quæ nobis per totum annum sunt sacra, & solennitate & gaudendi causa superatis ita & elegantibus nominibus passim in Ecclesia fuit condecoratum. Hinc GREGORIUS NAZIANZENUS novi testamenti hoc pascha, Ι) μεγιστὴν τῶν ἡμερῶν, dierum maximum, & εορτὴν εορτὴν festum festorum salutavit: AUGUSTINUS idem festorum omnium caput vocavit, ut ejusmodi encomia alia plura antiquorum hac vice taceamus. Nec existimis

α) hoc vocabulum Pascha, præter varios alios significatus, interdum etiam sumi pro Eucharistiâ ipsâ, hoc festo accipi solitâ, docet DUFRENE gloss. v. pascha. Quare facile est ad intelligendum, unde ortum traxerit proverbium istud sacram: seinen Paschen, seinen Pasch-Sonntags halten. Germani festum hoc Ostern vocant ab Ostera, saxonum quondam DEA, cui annuatim mense Aprili, circa quod tempus ecclesia celebrat festum resurrectionis Christi, solenniter remiscerunt divinam. DN. WESTPHAL de confut. ex facc. p. 370. Ergo neque ab ulti-stand haec denio minatio est derivanda, neque ab hostia, neque ab Ost, quod est oriens, neque est vox corrupta ex vocabulo Aufersehung. Conf: tandem WILDVOGEL de jure circa festum paschatos C. I S. 6.

miis tantum elogiis hoc festum ab antiquitate institutum,  
sed variis ritibus & ceremoniis exornatum; quanquam suc-  
cessu temporis, ingrayescente cum primis Romanorum  
pontificum autoritate, oneratum. Namque non solum in  
*Conciliarum Canonibus & legibus civilibus*, sigillatim *Codice*  
*Theodosiano & Justinianeo*, haut pauca in honorem sanctissimi  
hujus paschatis festi peculiariter constituta sunt jura;  
verum etiam & aliæ accesserunt consuetudines, tum bona,  
tum non adeo laudandæ, quæ ipsæ legis cum die vim ob-  
tinuerunt, & ex frequenti observatione cuilibet forsan  
sunt notissimæ. Quem vestrūm itaque latere penitus pot-  
est antiquus *pervigiliarum paschalium ritus?* quem peculia-  
ris ista apud pontificios cereorum paschalium consecratio?  
2) & fanatica ista superstitione ignis 3) item *risus paschalis*.  
4) Et quis porro est? qui nesciat, *catechumenorum bapti-*  
*mum in octavis festi paschatos quondam esse peractum;*  
5) atque fidelibus sub pœna legis injunctum, venerabili  
hoc tempore ad *sacram accedere synaxin*, 6) *Episcopis*  
etiam

( 2

- 
- 2) de quibus plurima congessit Caspar Sagittarius de natalit. *Martyr.* C  
IV. §. 12.  
3) Conf. Meinders in not. ad indiculum superstitionis & paganiarum, §. XV<sup>1</sup>  
de ignefricato, de ligno, id est Nod syr.  
4) Consuli hic meretur WILDVOGEL I. c. C. II. §. 5 ubi de risu hoc  
ce paschali sequentia annotavit. Pontificie religionis aseclæ hujus festi  
solemnitati addiderunt risum paschalem, vulgo das Oster Gelächter, & in i-  
pso sacro sancti paschatos die inter concionandum ludicras quam plurimas fa-  
bellias ad recreandum auditorum animos & risum exitandum bisirionico  
more proferre conseruerunt. Huncque morem adeo sanctum exstodiri volunt,  
ut eundem inter necessaria festi requisita ponere non vereantur. Verum  
addit, nihil esse quod sacras cantilenas tempore paschatos tam fidei detur-  
pet, quam, nescio a quo diabolo & ad pilum usque bona nota raso. Monacho  
filius hic risus paschalis, eleganter scribit Wilkius.  
5) Can. XXXII. de consecr. diff. 3. Notabilis inde est *Dominica in albis*, der  
weisse Sonntag, abs albis induisiolis ita nominata denen Wester I. e. ge-  
weiheten Hemdern, quibus baptizati, quasi modo geniti infantes, tempo-  
re resurrectionis Christi steterunt in templis. BÖHMER I. *Eccles.* T. III,  
L. III. Tit. 42. §. 32.  
6) Cap. XII, pr. de pœnit. & remiss.

etiam ad majorem festi splendorem esse concessum, Ro-  
mano per hos festivales dies uti pallio, 7) inhibitas e con-  
tra esse pompas & convivia nuptialia. 8) Constat etiam fe-  
re inter omnes, indulgentiam itanominatam paschalem,  
i. e. morem dimitendi carceri inclusos, circa hoc festum  
olim viguisse, 9) item denarios Episcopis pro Chrismate  
a presbyteris exsolutos, 10) atque oblatas paschales, 11)  
porro compulsionem annonariæ functionis & omnium publico-  
rum privatorumque debitorum exactiōnem in paschalibus die-  
bus esse dilatam, 12) cessasse quoque spectaculorum copiam  
13) & omnem civilium atque criminalium causarum cognitio-  
nenem, harumque execucionem. 14) Et plane hospes ille esse  
debet, cui ignotus esset iste ritus, fériis hisce paschalibus  
usitatissimus, consuetudo videlicet ova distribuendi pascha-  
lia. Nam etiamsi verum sit, quod nostris in oris non  
quidem adeo frequentissimus hujus ceremoniæ fit usus:  
aliquæ tamen minimum ejus quotannis observantur re-  
liquæ,

7) 8) IOH. STRAUCH in amoenitat. I. Cap. semestr. II. Ecl. 5. C. 2.  
Concil. Trident. sess. XXIV. C. 10.

9) 10) L. 3. C. de episcop. audient. GROTIUS ad Math. XXVI. CAN  
GIUS I. c. v. chrismales denarii.

11) Ritum hunc oblatarum paschalium ita depingit BELLARMINUS de  
bonis opp. L. 2. C. 4. Ideo, inquit, peracto Jejunio quadragesimali solente  
plerique ipso die paschatos carnes & ova deferre ad sacerdotes, ut benedicantur:  
quoniam redituri ad esum carnium & ovorum pie cupiant, novum il-  
lum cibum quasi de manu domini recipere, & sacerdoti ali benedictione juva-  
ri, ut eo sobrie & salubriter uti possint, atque ita corpori & animæ profint.  
Sed nec reticendum, Clericos meliorem ex his benedictionis portionem,  
pro hostia quasi, in remunerationem benedictionis cepisse, Germano-  
rumque inde locutionem esse natam, ut delicatiorem cibi portio-  
nem dicerent bolum sacerdotalem, das sey ein rechter Pfaffen. Bishen  
Conf. WILDVOGEL I. c. C. 2. §. 17. ibique allegatus WÖRGER de  
kenedit. sacerd. p. 5. Facile etiam hinc appetret ratio, quare placenta,  
die paschali hic Rostochii coctæ, Wigeli-Brödte i. e. Wiebel geweihte Bröd-  
te denominentur. Etymologiam vocis Øster. Gladen evolvit Keysler in  
antiquit. septent. p. 337.

12) sunt verba l. 7. C. de ferijs.

13) 14) l. 2. l. 7. l. 8, eod.

liquiæ, & tales sane, ex quibus non difficulter totius  
solennitatis sufficiens acquiri potest notitia. Nervose,  
quod ad Ecclesiam græcam pertinet, ritum istum sicut sit MI-  
CHAEL HEINECCIUS, 15) & copiosiori adhuc descri-  
ptione quoad terras Moscovicas PRITIUS: 16) Von die-  
sem heiligen Oster-Tage an, inquit modo citatus autor,  
trägt sich ein jedwedes vornehm und gemeines Volk, jung  
und alt mit gefärbten Eiern wohl 14 Tage lang: Alle  
Leute so einander zu dieser heiligen Zeit begegnen, grüssen  
und küssen einander mit diesen angehängten Worten: Chri-  
stus ist auferstanden: Es wird auch niemand, es sey  
Manns- oder Weibes-Person, hohes oder niedrigen Stan-  
des einem andern dergleichen Kuß oder Gruß nebst einem  
rothen oder anders gefärbten Ei versagen oder verweigern.  
Es pfleget auch der Czaar dann und wann selbsten des  
Morgends, vor der Sonnen Aufgang die Gesangene zu be-  
suchen und ihnen ein rothes Ei, auch ein rauhes Schaaf-  
fell zu verehren, arch also zuzurufen: Freuet euch und  
seyd fröhlich, denn Christus der vor eure Sünde gestorben,  
ist nunmehr wieder auferstanden. Unde vero occasio &  
prima hujus rei origo sit deducenda, non omnibus satis  
expeditum esse reor. Et, si dicendum quod res est, in  
diversa hic abeunt eruditorum sententiae. Sunt enim,  
qui hanc ovorum paschalium distributionem ex latissimo  
isto more, festis diebus munera dandi & accipiendo optime  
derivari autumant. Sed quoniam hæc consuetudo pro  
origine remorissima tantum est profiterda, non pro causa  
proxima, alii configunt ad Ludos Romanorum Circenses,  
mense Aprili in honorem Castoris & Pollucis, ovo prognatorum  
ex uno habitos, quippe in quibus ludis certan-  
tes, in circulo ovali ova disposita cursu petere consueverunt,

X 3

cujus

15) in der Abbildung der Griechischen Kirche P. III. C. 3. p. 233.

16) Im Moskowitschen Kirchen Etat L. I. p. 47.

cujuſ rituſ quædam veſtigia apud ipoſos Christianoſ re-  
maniſſe arbitran‐tur. Sunt &c qui putant, ex antiquo‐  
rum philoſophorum doctri‐na hunc morem proveniſſe;  
quippe qui totum mundum ex ovo fa‐ctum eſſe tradide‐  
runt: hinc cum circa paſchatoſ festuſ terra quaſi de no‐  
vo renaſcatur, probabile ipſis eſt viſum, per exhibi‐  
tionem ovoruſ pictoruſ ſuum demonſtrare voluiſſe gau‐  
diu Christi nomen profitenteſ. Alii porro ex papatu  
hanc ſolennitateſ ortuſ trahere malunt, cui familiare  
eſt paſcua conſecra‐re die Stephani, vinum feriis Iohanniſ,  
herbas, plantas, radiceſ, fructuſ arboruſ feſto aſſumtae B.  
Virginis, & tandem edulia cum oviſ in feriis paſchalib⁹.  
Alii denique jejuniiſ ante paſchalib⁹ occaſionem hujus ri‐  
tuſ tribuunt. Nam quoniam tempore quadrageſimali  
non carnibus tantum, ſed lacte etiam abſtinere debent,  
item caſeo & oviſ Romanæ curiæ aſſeclæ, inde extra du‐  
bitationiſ aleam eſſe ſibi perſuadent, quod tempore re‐  
ſurrectioniſ, finito tunc jejunio, certatim ad templa con‐  
fluxerint ſimpliciores apud pontificioſ, ſua etiam ova  
offerenteſ conſecra‐ndā, eaque, cum ipſis reſ non parvi  
momenti agi creditum eſſet, eleganter pinxiſſe, varioque  
diſtinxiſſe colore, gaudenteſ & tripudianteſ ſecundum  
iſtud:

Carnibus impune, niveiſ & vefcimur oviſ  
triftia nobis deſierunt jejunia. Jo! Jo!  
Quicquid hujus rei ſit, meum non eſt pluribuſ jam in‐  
quirere, quænam opinio h̄c acu rem tetigerit; 17)  
Unice

17) Otium enim mihi jam fecerunt Wildvogel I. c C. 2. §. 14. Erd‐  
mann. Comment. Crit. de ovo paſchali &c, q̄i primo nominanduſ fuifſet  
loco, Tobias Kraskeu diff. de Ovo paſchali, qui autores inter ſe ſunt con‐  
ferendi. Ceterum ovuſ paſchale, iudicuſ etiam peperit ovilegiuſ das Spiel  
des Eyerleſens, quod ex Drexeliſ Cœl. beat. C. III. §. 2. ſequenteſ in  
modum deſcribit Tenzel, in denen Monachuſ. Uater. de. An. 1689. p.  
962. Es werden Zweyhundert oder mehr Eyer in einer langen Reihe, jed-

Unice enim finis meus, quem allegatione hujus ritus  
intendo, hic est, quo Vestri Vos, O! mei dilectissimi, circa laetissimas hasce paschales ferias commonefaciam officii, atque ad pie Festum resurrectionis Christi celebrandum, piasque occasione ovorum paschalium instituendas meditationes, sedulo vos excitare possim. Ut enim ova epulis hilioribus præcipue apponebantur, erantque latitiae argumentum, sic vestrum est officium, quo gaudetis victoriosissima resurrectione Christi. Ita tamen gaudetatis, ne gaudia vestra degenerent in detestabilem istum, supra commemoratum risum paschalem, sed devota potius sint gaudia, ubi celsant vanæ, fœda, & profana colloquia, risus immoderati & alia omnia, quæ divinum officium perturbare possunt. 18) Sicuti etiam antiquæ puritatis 19) symbolum sunt ova, ita hoc agere vos decet, quo immaculata, absque omni peccatorum spurcitie pura habeatis corda, & quæcumque sunt vera, quæcumque sunt gravia, quæcumque justæ, quæcumque castæ, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc vos cogitare oportet. Phil. IV. 8. Ova porro credita sunt in religione ad placanda numina gratiorem habere potestarem, suntque Deorum sacrificiis, ubi cum pro homine aliquid solvendum Deo esset, adhibita. Vobis itaque usus ovi paschalnis piam faciat recordationem, quod expiatio vestra sit facta per Dominum nostrum Jesum Christum, qui nos dilexit, & tradidit se ipsum pro nobis oblationem &

Saci-

---

wedes einen Schritt weit von einander gelegt, da streiten ihrer Zweene, ob der mit lauffen oder jener mit Einlegen der Eyer in dem Korb, am ersten fertig wird.

18) secundum capit. II. de Celebr. miss. in VII.

19) evolvatur modo laudatus Krasckius qui operosus est sect. II. sua dissertationis, seqq. in docendo usu ovorum proprio primario & secundario, usu ovi communis ad vicuum, ad medicinam, usu ovi philologico, allegorico, tandem in proverbij ab ovo desumptis.

*sacrificium Deo in odorem refragantiae. Eph. V. 2.* addat etiam  
incitamentum, quo ita vitam ac mores componatis ve-  
stros, ut *Deo placere possitis in Christo*, patri suo placente.  
Tandem ovum totam referre dicitur *naturam*, & signum  
esse *generationis*: Sic memores vos sitis tum *vestræ rege-*  
*nerationis*, tum etiam, quod per *sanctissimum redemptio-*  
*nis Christi triumphum omnia renascantur, renoventur &*  
*in statum meliorem reducantur.* Omni quoque opera  
curetis, ut *Vos ipsi spiritu mentis vestræ renovemini & in-*  
*duatis novum hominem*, qui secundum *Deum conditus est per*  
*justitiam & sanctitatem veritatis Eph. IV. 22.* Et, quo cete-  
ra uno complectar verbo, locum date piissimo pii DAN-  
HAUERI monito, qui in dem Evangelischen Denckmahl  
p. 352. emphatice nos hortatur, scribens: Keinen bessern  
und angenehmern Oster-Dank können wir unsfern erstan-  
denem Sieges Fürsten bringen, als uns selbst, als die mit  
dem Blute Christi gefärbte Oster-Eyer zu seinem Opfer  
und Dienst gänzlich zu übergeben. = = = Gebühret uns also,  
als Christi Oster-Eyern und Oster-Küchlein, Christo uns-  
serm Herrn uns zu lassen ganz und gar, und ihm zum  
Dienst zu übergeben, und also würdlichen Dank für so  
theure Wohlthaten zu erweisen. Dabey steht nun wohl  
des Geistes Alleluja, und endlich das ganze Alleluja. Va-  
lete.

P. P. sub Sigillo Rectorali  
Fer. I. Pasch. Anno. MDCCXVIII.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862554454/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862554454/phys_0012)

DFG

Unice enim finis meus, quem allegatione hujus ritus  
intendo, hic est, quo Vestri Vos, O! mei dilectissimi, circa laetissimas hasce paschales ferias commonefaciam officii, atque ad pie Festum resurrectionis Christi celebrandum, piasque occasione ovorum paschalium instituendas meditationes, sedulo vos excitare possim. Ut enim ova epulis hilioribus praecipue apponebantur, erantque laetitia argumentum, sic vestrum est officium, quo gaudetis victoriosissima resurrectione Christi. Ita tamen gaudetis, ne gaudia vestra degenerent in detestabilem istum, supra commemoratum risum paschalem, sed devota potius sint gaudia, ubi cessant vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati & alia omnia, quæ divinum officium perturbare possunt. 18) Sicuti etiam antiquæ puritatis 19) symbolum sunt ova, ita hoc agere vos decet, quo immaculata, absque omni peccatorum spurcitie pura habeatis corda, & quæcumque sunt vera, quæcumque sunt gravia, quæcumque justæ, quæcumque casta, quæcumque amabilia, quæcumque bona famæ, si qua virtus, si qua laus, hæc vos cogitare oportet. Phil. IV. 8. Ova porro credita sunt in religione ad placanda numina gratiorem habere potestatem, suntque Deorum sacrificiis, ubi cum pro homine aliquid solvendum Deo esset, adhibita. Vobis itaque usus ovi paschalidis piam faciat recordationem, quod expiatio vestra sit facta per Dominum nostrum Jesum Christum, qui nos dilexit, & tradidit se ipsum pro nobis oblationem &

Jacri-

wedes einen Schritt weit von einander gelegt, da streiten ihrer Zweene, ob der mit lauffen oder jener mit Einlegen der Eyer in dem Korb, am ersten fertig wird.

18) secundum capit. II. de Celebr. miss. in VII.

19) evolvatur modo laudatus Krasckius qui operosus est sec. II. sua dissertationis, seqv. in docendo usu ovorum proprio primario & secundario, usu ovi communii ad vicuum, ad medicinam, usu ovi philologico, allegorico, tandem in proverbij ab ovo desumptis.




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [REDACTED]